

Asconius Pedianus libro, quem contra obtrectatores Vergiliū scripsit, pauca admodum obiecta ei proponit eaque circa historiam fere et quod pleraque ab Homero sumpsisset; sed hoc ipsum crimen sic defendere adsuetum ait: 'cur non illi quoque eadem furta temptarent? verum intellectus 190 ros facilius esse Herculi clavam quam Homero versum subripere'. et tamen destinasse secedere ut omnia ad satietatem malevolorum decideret.

quoniam de auctore summatim diximus, de ipso carmine iam dicendum est, quod bifariam tractari solet, id est ante 195 opus et in ipso opere. ante opus titulus causa intentio. 'titulus', in quo quaeritur cuius sit quid sit; 'causa' unde ortum sit et quare hoc potissimum sibi ad scribendum poeta praesumpserit; 'intentio', in qua cognoscitur, quid efficere conetur poeta. in ipso opere sane tria spectantur: numerus 200 ordo explanatio.

quamvis igitur multa *ψευδεπιγραφα*, id est falsa inscriptione sub alieno nomine sint prolata, ut Thyestes tragoedia huius poetae, quam Varius suo nomine edidit, et alia huiusmodi, tamen bucolica liquido Vergilii esse minime dubitandum est, praesertim cum ipse poeta, tamquam hoc metuens, principium huius operis et in alio carmine suum esse testatus sit dicendo [*georg. IV, 565 sq.*]:

tractatus ante opus et in ipso opere. ante 195 opus titulus, causa intentio.

titulus cuius sit opus, causa unde 197 ortum sit et quare hoc potissimum sibi praesumpsit. intentio quid efficere conetur. in ipso opere numerus, ordo, explanatio.